



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 55. Papæ Clementis V thesaurus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

nonnulli habent, velut exempli gratia eorum concubinæ.

æcul. XIV.
A.C. 1321.

Postquam Joannis Poillii propositiones discussæ fuerant, cedens rationibus sibi oppositis palinodiam cecinit in senatu sacro, & dixit se credere contrarium esse verum. Tum Papa sententiam tulit per decretalem celebrem inchoatam per voces: *Vas electionis*: ubi exposito facto ita pronunciat: Has propositiones damnamus, & asserimus doctrinam contrariam esse veram & catholicam; nempe confessos Fratribus privilegio affectis earundem noxarum confessionem repetere non teneri magis, quam si eas jam fuissent confessi Sacerdoti proprio secundum sanctionem Concilii Lateranensis. Et postea: Memoratum Doctorem Joannem jubemus has propositiones suo ipsius ore Parisiis palam in lectionibus sermonibusque suis retexere: quod fideliter executurum se spondit. Litteras Episcopis omnibus inscriptas dabat 25^o Jul. 1321.

§. LV.

Papæ Clementis V thesaurus.

Eodem tempore Papa Joannes sustulit suum diffidium, quod cum Bertrando Degoto Leomania in Vasconia Pre-Comite habebat.

Sæcul. XIV. habebat ob thesaurum Clementis V an-
A.C. 1321. tecessoris sui, cujus nepos erat Bertran-
Bal. to. 1. dus. Papa Clemens ex letali decum-
p. 618. 619. bens morbo in castrum Montilium prope
to. 2. p. 369. Carpentoractum deferendam curavit par-
 tem thesauri sui: alteram sibi retinuit.
Sup. §. II. Post ejus mortem Leomaniaë Pro-Comes
 Montilii Dominus thesaurum ibi deposti-
 tum, quin etiam illum, qui apud Pa-
 pam ejus patrum remanserat, ac gene-
 ratim omnem hujus supellectilem, in va-
 riis relictam locis, pecuniam præsentem,
 vasa aurea & argentea, libros, pannos,
 gemmas, ornamenta templorum, char-
 tas, & tabularia occupavit, statuitque de
 omnibus quasi Papæ Clementis hæres
 universalis esset. Papa Joannes, cum
 per quatuor ferme sui regiminis annos
 expectasset, Avenione 11 Maji an. 1320
 edidit monitionem, ut Pro-Comes cæte-
 rique cuncti, qui de bonis Clementis V
 avertissent quidpiam, id ad Cubicularium
 Custodesque thesaurorum Ecclesiæ Ro-
 manæ reportarent, & omnes conscii ve-
 nirent ad patefactionem arcani. At
p. 374. præterea Papa Joannes comperit Cle-
 mentem vivum misisse Pro-Comiti tre-
 centies mille florenos aureos in bonum
 Palæstinæ, ac trecenties decies quater
 mille in alia opera pia insumendos. Hi
 cum pecuniis, quas debebant Franciæ
 Angliæque Reges, conficiebant plus-
 quam

quam mille millia florenorum destinata Sæcul. XIV.
omnia suppetiis terræ sacræ ferendis. A.C. 1321.

Papa curavit Pro-Comitem per Cardinales quosdam rogari, ut hujus pecuniæ partem ipsi remitteret pro peculiari ad Palæstinam trajectu ante generalem transitum faciendo. Legavit iste virum nobilem: qui cum responsum clarum ac sufficiens non attulisset, Papa sibi vias justitiæ contra illum ineundas ratus edito publico sanxit, ut ipse se Summæ Sedi sisteret. Litteras dabat 13 Maji anno 1320. Tandem Pro-Comes A-p. 391. 398. venionem delatus Papæ satisfecit: qui eum per litteras 11 Jul. 1321 scriptas ab acceptis pecuniis absolutum redire domum passus est.

§. LVI.

Documenta Sanuti ad obtinendam terram sacram.

Quod Papa profitebatur, desiderium succurrendi terræ sacræ ad eum accersit quendam Venetum Marinum Sanutum, qui suum primum cum illo colloquium ita refert. Anno 1321 die Sanut. p. 1. 24 Septembris ad Sanctissimum Patrem nostrum Papam admissus de recuperanda tuendaque Palæstina libros duos ei obtuli rubro alterum, alterum flavo teg-

Hist. Ecclesiast. Tom. XXIII. M mine